



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vera Concilii Tridentini Historia

Contra falsam Petri Suavis Polani narrationem

Pallavicino, Sforza

Antverpiae, 1670

Argvmentvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11718

HISTORIÆ CONCILII TRIDENTINI LIBER VIGESIMVS SECUNDVS.

ARGUMENTVM.



Vnensis studia celeri Concilij conclusioni aduersantia, Pontificis vota, ac Legatorum fauentia. Sensus Hispaniensium Oratorum Romæ à Lunensis sensibus diuersus. Verba Pontificis in Senatu ad commendationē Lotharingi, & ad excusandam emendationem Cardinalium, Concilio remissam. Vera ratio huius rei. Suspiciones Lotharingi ob proposatas disciplinæ leges, etiam Ferrerio displices. Responsum eiusdem Lotharingi ad Pontificem inuitantem. Gualterius Romanus à Lotharingo missus, & quibus cum mandatis, tum ab eo tum a Morono traditis. Iussa Pontificis ad Legatos de fiducia exhibenda & cum Lotharingo & cum Madruccio. Postulata Lunensis, ut Praesules qui sententias collecturi, & Canones digesturi erant, definirentur per nationes; & ipsius querimoniæ in Legatos Romanos scriptæ. Eorum purgatio. Amplissimæ Venetorum pollicitationes ad Concilium adiuuandum. Causa Patriarchæ Grimani, post varijs cœtus pro ipso diuidicata. Sententiæ à Patribus dictæ de Matrimonio, ac præsertim de irritis reddendis coniugij clandestinis, & contractibus filiorum usque ad certam etatem, sine consensu parentum; & de damnanda opinione affirmante, solui matrimonij vinculum adulterij causâ. Petitio, ut priora duo capita decernentur,

1563.

rentur, habita Gallici Regis nomine, atque ut tertium tempore
raretur, habita à Venetis Oratoribus, Græcorum sibi subiecto-
rum gratia. Antinorus Tridentum missus à Pontifice, specie qui-
dem, quā Lotharingum iter habiturum comitaretur; sed in arca-
no, quō illum adhortaretur, ut Tridenti sisteret usque ad exitum
Concilij: quæ adhortatio à primo Legatorum præpeditur. Respon-
sum Cæsaris de consilio proposito à Lotharingo, quod cum Ponti-
fice ab eodem agitatur. Variæ adnotaciones, à Ferdinando ad suos
Oratores missæ de propositis morum legibus; potissimè vero eius
mandata, ut obssisterent emendationi Principum usque ad ma-
turiorem deliberationem. Acriis controvèrsia in hoc inter Casarianos
et Legatos, et quodnam initum temperamentum. Postulationes
Lunensis apud Pontificem, ut leges fancienda de reformando Col-
legio et Comitio, committantur Synodo; et responsa, quibus ille
acquiescit, utroque capite. Difficultas de confirmatione à Pon-
tifice concedenda Regi Romanorum. Eius rei initium, processus, et
exitus. Patrum perturbatio, quod ageretur de inducenda Medio-
lanum sacra Inquisitione pro more Hispanico, et negotijs compositio.
Rumor suspcionis; et unde ortus. Discrepancia impacata de
matrimonij clandestinis, etiam per solemnem disputationem, atque
hinc necessitas protrahenda Sessionis ad diem undecimum Nouem-
bris. Noua Ferdinandi responsa de capitibus emendationis concin-
natis, et maximè de eo quod spectabat ad Principes. Patrum
tumultus ob huius capituli intermissionem, et quā promissione se-
datus. Mandata ab Hispano Rege missa de declaracione verborum,
proponentibus Legatis, et grauissima ex eo contentio inter Lu-
nensem et Presides; quibuscum quamplurimi Patres conueniunt.
Procurator Hispaniensium Capitulorum à Lunensi expulsus
Tridento, indignantem Concilio. Lotharingus Romam profectus.

Eccc 3

CAPVT